



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eginhartvs De Vita Caroli Magni, Animadversionibus Illustratus

Bessel, Friedrich
Reinhard, Johann Friedrich

Helmeftadii, 1667

Cap. XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10996

phrio partem ad Caput XIX proposuimus. Ajunt Philippum Melanchthonem vehementer delectatum fuisse, isthoc Caroli versiculo, de puellâ pensum trahente, cantuque tædium solante:

Nentis fila Deus mentem coniungit Olympo. Sed omnia quæ hactenus produxi, dubia fortassis sunt, præsertim cum *Epitaphium Adriani* inter opera Alcuini compareat: illud autem, quod ad *Paulum Diaconum* scripsisse fertur, cujusque fragmentum tandem inveni apud Leonem Marsicanum, Episcopum Hostiensem *Chronici Casinens. lib. 1. cap. 17.* prorsus genuinum esse reor. Est autem hoc:

*Hinc celer egrediens, facili mea charta volatu,
Per sylvas, colles, valles quoque præpete cursu,
Alma Deo cari Benedicti tecta require.
Est nam certa quies fessis venientibus illuc.
Hic olus Hospitibus, piscis; hic panis abundat,
Latus amor, cultus Christi, simul omnibus horis;
Pax pia, mens humilis, pulchra & concordia fratrum.
Dic patri & sociis cunctis, salvete; valete,
Colla mei Pauli gaudendo amplectere benignè:
Dicito multotiens: salve, Pater optime, salve.*

(*Barbaris nominibus appellarentur.*) Barbara illa nomina sunt merè Germanica, quo sensu se ipsum *Barbarum* hominem appellarat supra præfat. S. 6. Eginhartus noster. Pariter Poëta Anonymus de Heristallio, quod nomen merè Germanicum est, lib. 1. v. 317.

— — *Tempus transegit in aula,
Nomen Heristalli dederat cui Barbara lingua.*

Et sanè Alemanni *κατ' ἑξοχὴν* Barbari dicti. Atque ita *Walafridus Strabo de Vita Galli cap. vi.* Barbaricam locutionem pro linguâ Alamannicâ accipit. Idem *de reb. Eccl. cap. vii.* Dicam secundum nostram barbariem, quæ est Theotisca. Kero etiam Monachus Sangallensis, scripsit interpretationem vocabulorum Barbaricorum, id est, Alamannicorum, quæ hodiernum superat. Plura de hac re *Savaro notis ad Sidonium Apollinarem lib. iv. Epist. 16.* Nomina autem illa ventorum ac mensium Germanica, pleraque ex *Codice Florentino* venerandam illam Antiquitatem spirantia reduxi, rejectis, quæ ex recentiori Idiomate *Neuenarius* ac *Reuberus* inseruerant.

CAP. XXX.

t. **E**Xtremo vitæ tempore cum jam & morbo & senectute præ-

*MS. pra-
veniretur.
* Addit
Cod. Flor.
filium.

* To regni
deest in
MS.

te * premeretur, evocatum ad se Ludovicum * Aquita-
niæ Regem, qui solus filiorum Hildegardis supererat, con-
gregatis solenniter de toto regno Francorum primoribus,
cunctorum consilio consortem sibi totius regni, & imperi-
alis nominis hæredem constituit: Impositoque capiti
ejus diademate, Imperatorem & Augustum jussit appellari.
† Susceptum hoc est ejus consilium ab omnibus qui ade- 2.
rant, magno favore: nam divinitus ei propter * regni u-
tilitatem videbatur inspiratum. †. Auxitque majestatem 3.
ejus hoc factum, & exteris nationibus non minimum ter-
roris incussit. † Dimisso deinde in Aquitaniam filio, ipse 4.
more solito, quanquam senectute confectus, non longè à
regiâ Aquensi venatum proficiscitur: exactoque in hu-
jusmodi negotio quod reliquum erat autumnii, circa
CAL. NOVEMB. Aquisgranum revertitur. † Cumq; ibi 5.
hyemaret, mense Januario febre validâ corruptus, decu-
buit. † Qui statim, ut in febribus solebat, cibi sibi abstinèn- 6.
tiam indixit, arbitratus hæc continentiam morbum posse
depelli, vel certè mitigari. † Sed accedente ad febrem la- 7.
teris dolore, quem Græci pleuresin vocant, illoque adhuc
in diem retinente, neque corpus aliter quam rarissimo po-
tu sustentante, septimo postquam decubuit die sacrâ com-
munionem percepta, decessit, anno ætatis suæ 132. & ex
quo regnare cæperat XLVII. v. CAL. FEB. horâ diei tertiâ.

ANIMADVERSIONES

AD CAP. XXX.

Imperialis nominis hæredem.] Imperium Germanorum qui nunquam hæ-
reditarium fuisse dicuntur, vel ex hoc loco refutantur. Certè ex his
Eginharti verbis non aliud jam olim collegerat Leopoldus, Bambergensis
Episcopus, *libr. de jure Regis & Imperii Romanorum cap. 11.* in his: *Sciendum*
itaq; est, quod idem Carolus M. dum morbo & senectute gravaretur, congregatis so-
lenniter Aquisgrani Proceribus, de toto Regno Francorum, Ludovicum filium suum
Aquitania Regem, cunctorum consilio consortem sibi totius regni & imperialis nomi-
nis Hæredem sub anno 813. constituit: impositoq; capiti ejus diademate, Imperato-
rem &